

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Meditationum Ad Pandectas Sacras Specimen Sextum, De Usu S. Scripturæ In Jurisprudentia

Rostochi[i]: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1730]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002317339>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 6.Maj.1730

Mantzel, Ern. Joh. Frid. /g



MEDITATIONUM
AD
PANDECTAS SACRAS
SPECIMEN SEXTUM,
DE USU
S. SCRIPTURÆ
^{IN}
JURISPRUDENTIA,
QUOD, DEO ASSISTENTE,
ET
ILLUSTRI JURIS-CONSULTORUM ORDINE CON-
CEDENTE,
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,
PRÆSIDE
DN. ERN. JOH. FRID.
Hankel,

JUR. & PHIL. DOCT. AC MORAL. PROF. ORDIN.
STUDIORUM SUORUM PROMOTORE HUMANISSIMO,
H. L. G.

H. L. Q. C.

ANNO MDCCXXX. d. VI. MAJI.

DEFENDET

HERM. ALEXAND. CAROC,

Gryphiswald. Jur. & Phil. Stud.

Rostochi, Typis Nicolai Schwiegerovii, Amplif. Senat. Typogr.



VIRO
MAGNIFICO, PRÆNOBILISSIMO,
Unter den
Büchern
• Rostock
EXPERIENTISSIMO, DOCTIS-
SIMO, DOMINO,

DN. GEORGIO
DETHARDINGIO,

Med. Doct. & Prof. In Hac Alma
Celeberrimo, Facultatis Suæ, Colle-
gii Ducalis ac Totius Academiæ Se-
niori Gravissimo, Societatis Na-
turæ Curiosorum Membro
Dignissimo,

PATRONO, EVERGETÆ AC HOSPITI
SUO SUMMO VENERATIONIS
CULTU PROSEQUENDO,

PRO MAXIMIS INSE COLLATIS FAVORIS PENE
PATERNI TESTIMONIIS HOC QVICQVID
EST MUNUSCULI SUBMISSE OFFERT

HERM. ALEXAND. CAROC.

DISSERTATIO SEXTA.

Meditatio I.

II. Reg. XVIII. seqv.

*Hiskias Rex & Sigismundus Imperator inter se
comparati.*

Obvia nobis facta est *Dissert. Cl. Herm. von der Hardt, Philologi nominatissimi, c.t. Hiskias in Sigismundo resurgens 1695.* in qua autor stilo panegyrico merita Sigismundi Imperatoris pro reformanda ecclesia comparare voluit cum gestis Hiskiae, usus elegantibus observatis ad Literaturam Hebræam spectantibus; Non omni carent horum Magnatum gesta si-militudine, & prout illustre satis est, Principem sumere ideam ab aliis feliciter & gloriose olim regnantibus, sic speci-men hic adest haud ultimum. Vellemus autem Sigismundum auctoritatem suam latius exercuisse & in Concilio Constantensi non adeo timidum fuisse. Sed hæc sunt rhetorica-tantum.

Meditatio II.

II. Reg. XX. i. cum parall.

Jesaias non jussit Hiskiam facere testamentum.

Testamenta quatenus dispositiones extra familiam complectuntur, non esse valde antiqua superius putavimus. Solet pro adversa opinione & hic passus allegari, sed Jesaias voluit, ut Hiskias se in genere ad mortem præpararet, id quod extra omnem controversiam ponimus. Nec obstant versiones: *Præcipe domui tua;* *Da præcepta familia tua;* *Commen-dia viro alicui Domum tuam.* Nam non potest alius inde inferri sensus, quam quod exemplo Davidis & aliorum Regum de-signaret successorem, id quod ad evitandas turbas Reip. ma-xime esse poterat salutare. Imo dare præcepta familiæ suæ ab origine mundi in usu fuit, non vero testamenta adeo ex-orbitantia facere. Præsertim & hæc statuimus capropter,

A

qvia

quia inde sequeretur absurdum de jussu divino ad faciendum testamentum. Retrospicimus cum nausea in tempora pri-
stina, quibus, nescimus quibus autoribus, testamenti factio
ad privatorum Regalia fuit relata, adeo, ut etiam in hy-
mnis & precationibus familiaribus sibi a Deo expetere jussi
sint pauperrima mancipia, ne intestati decederent.

Meditatio III.

II. Reg. XXIII.

Jus visitandi & reformandi est pars juris circa sacra.

Vindicavimus jam antea Principibus Jus sacrorum, &
hoc loco invenimus Josiam præbere exemplar Principis hoc
jus excellentissime exercentis. Sic igitur omni ab ævo us-
que ad tempora affectatæ Monarchia Papalis res sese habuit;
Ecclesia fuit in Republica instar Collegii summe necessarii,
& qui habuit Jus Majestaticum in reliquis, ille etiam non
passus est ecclesiam semetipsum eminenter regere. Turpi-
ter igitur privati fuerunt olim summi imperantes hoc altero
brachio, quo restituto, nunc integritate sua gaudent. Scri-
ptores hoc largiter deducentes hodie dantur in longa serie.

Meditatio IV.

II. Reg. XXV. 27.

Magnates captivos laute & civiliter tractare, regium est.

Antiquioribus seculis Principes victores devictorum Prin-
cipum personas adeo indigne tractarunt, ac si virtus esset in-
ermes ludibriis afficere; Habuerunt etiam secula proxima
nonnulla talis imprudentia exempla; Sed hæc dicimus esse
peccata Principum politica haud ultimi ordinis, præsertim,
quia nostra bella geruntur propter insecuritatem pacem, &
videtur huc quadrare suo modo judicium Salomoneum:
Was willst du hernach thun, wenn du deinen Nächsten geschmähet hast. Recte igitur ad saniorem rediit mentem Rex Babylo-
nius & Joachinum splendidius excepit, quem hactenus sor-
dido exemplo sordide tractaverat, id, quod non obstante
fide

fide tributaria fracta assereremus. Conf. *GROTIUS de B. & P. Lib. III. Cap. 20. §. 50.* ubi docet victori honestum esse, ut quantum securitas patitur ad clementiam & liberalitatem propendeat. Observant specialius ad hanc historiam alii, quod captivi demisso capite incedere debuerint, vel minimum constat, afflictos non adeo exporre & serenæ frontis esse, hiacque explicatur textus Er erhub das Haupt Joachin. Conf. Gen. XL. An autem Evilmerodach cum Joachino amicus factus in carcere, in quem una a Patre Nebucadnezar conjectus fuerat, ob male administratum regimen, tempore insaniae illius, nostrum scopum non illustrat inquirere.

Meditatio V.

Cessaret omnis Chronologia, nisi haberemus S. Scripturam.

Meditamur ita hoc demum loco, dum libros Chronicorum legimus, & putamus nos vera meditari; Nondum enim haec tenus visi fuerint Chronologi, qui non ex mundi creatione a Bibliis fecissent seriem, & quomodo fieri potuit alter, quia deficiunt scriptores coœvi & fidem merentes. Ut ut igitur non plane & quoad annos stricte convenient illarum rerum studiosi, ceu nuperrime monstravit computus DN^o KOHLREIFFII *viri Doctissimi*, adeo, ut etiam sextum millennium nosjam absolvisse probari viderimus, tamen nihil haberemus, nisi adesset S. Scriptura. Et haec non tantum de primis seculis vera sunt, sed de millenariis primis etiam, quo antiquiores enim sunt profani scriptores quos habemus, eo sunt fabulosiores. Dantur præterea in Chronologia dubia vexatissima, quæ nec CALVISIUS, nec SCHRADERUS, nec IMHOFF potuerunt eliminare. Hodie se valde commendat DN. BEIMS labor per Synchronismum adornatus, qui prodiit *Brunsv.* 1725. f.

Meditatio VI.

I. Paralip. XXI. 4. sqq. coll. parall.

Omnino fuerunt olim Gigantes quales iamen hodie post pulveris pyrii inventionem nihil efficiunt.

A 2

Veri.

Veritas historiarum Sacri Codicis dubitationem omnem excludit circa quæstionem, an unquam extiterint Gigantes? Hinc miramur per varias Logomachias illorum existentiam aliquibus negari, *vid. RHANÆL spec. Diff.* Mox enim in mensura quærunt refugium, & nescio quibus aliis exceptiōnibus Viros illos equidem pro valde proceris, non autem pro adeo vehementer staturam humanam excedentibus venditare laborant. Sed nos manemus in litera. Advocamus etiam in subsidium historiarum profanarum testimonia & observationes curiosas de Gigantum ossibus passim effossis Ex adverſo autem de Pygmaeis, quæ circumferuntur, quosque nostri appellant *Unterirdischen*, fabulosa appellamus, *vid. Cl. DN. QUADII Diff. Gryph. 1706. de viris statura parvis eruditione magnis; Qv. 3. & 4.* Pari ratione, quæ nostri de Hunnorum (*Hūhnen*) statura & actionibus ad cunas narrare solent, ridemus, historia teste persuasi, quod odium erga Hunnos, populum truculentum atque austерum, hasce fabellas generaverit. Hodie Gigantum nullus esset usus practicus, postquam nimirum pulvere pyriosillos prosternere facile esset & jam non poterit prodire Goliathus insultatus parti adversæ.

Meditatio VII.

I. Paralip. XXIII. & XXX sqq.

Principes, utut sint hereditarii, de regnis tamen non possunt condere testamenta.

Qualem David, prophetico simul spiritu instructus, reliquerit dispositionem, in Libris Regum & Chronicorum passim est obvium. Notetur præsertim, I. Paralip. XXIX. v. 5. ubi ad divinam voluntatem specialem provocat David. Invitant autem hæc ad illustrem quæstionem: An Principes possint condere testamenta de territoriis? Satisfacit *BUDDEUS spec. Diff. occasione testam. Caroli II. Hispanie Regis scripta.* Etres ad pauca contrahenda hæc est. Distinguimus inter regna, quæ sunt in patrimonio & quæ sunt extra illud, de illis, non de

de his licebit disponere. Hæc enim etiamsi successoribus ab intestato cedant, tamen ab ultimo familiæ regnantis non possunt in extaneum vel tota vel pro parte transferri, quia hoc esset contra intentionem populi & contra jura agnatorum vel etiam cognatorum. Plane igitur vacante solio, si casus est dabilis populus haberet jus nominandi Principem, & formam Reip. ex consilio prudentum etiam mutandi, vid. multis *H. BOHMERII Jure Publ. Univ. Cap. ult. de Juribus subditorum vacante Imperio.*

Meditatio IX.

II. Paralip. XIX, 6. sqq.

Distincta dari Consistoria & Theologos in illis esse praesentes, utile satis est.

Duæ sunt hæc controversiæ famosæ, quæ satis excusæ exhibentur à B. LUDOVICI im *Consistorial-Procesj*, ubi WEBERUM illum, qui Scripturæ dicta torquere didicit in *Tract. de Jur. Consist. ad absurdum deduxit*. Utraque redit ad medium fententiam, de utilitate scilicet. Quæ ab ordinatione Regis Josaphat fluere possunt, ultra bonum exemplum plane non ascendunt, imo ad judicia Ecclesiastica tantum trahi non possunt, siquidem in genere ille Rex utile suo tempore judicavit, ut confessus Judicum esset mixtus ad respondendum de omni jurevid. v. 10. & si accurate causam inspicimus, judicium v. 8. instructum, fuit appellatorium & supremum, quod sequitur ex particula auch v. 8. & ex verbis v. 10. Non euren Brüdern, die in ihsen Städten wohnen, nam v. 5. legitur, particularia judicia in quavis civitate fuisse ordinata; Conscientiunt Exegetæ vid. *POL. Synops. ad h. l.* Nec inveniet aliquis præsidium in vocibus: Über das Gericht des Herrn, nam vers. 10. assignantur huic supermo Tribunalı alle Sachen etiam criminales & capitales, non enim statuimus per sanguinem hic intelligi cognationes, sed homicidia, quales causas tamen Ecclesiastica Judicia sua facere non solent, & omne Judicium Domini est, vid. v. 6. imo si moris nobis esset false scribere,

A;

seque-

X

sequeretur ex assertis illis in Judiciis Politicis Deum ipsum esse præsentem v. 6. quod tamen sequenti à v. 8. instructo non promittitur. En igitur quantum claudent talia, postquam torturam passa sunt. Qui uberiora, quam meditatio-
nis nostræ limites capiunt, cupit, evolvat Juris Ecclesiastici purioris Doctores BRUNNEMANNUM, BÖHMERUM & STRYK. ad Brunn. ut & MEV. Part. IV. Dec. I. Habebimus etiam nos adhuc successive dicta plura explicanda, in qui-
bus quæri solet refugium. Denique quoad hoc exemplum no-
tari meretur Levitas eapropter Judices esse constitutos, quia penitio rem habebant Legis Mosaicæ cognitionem, Vid. POL.
loc. cit.

Meditatio IX.

II. Paralip. XX, 3. col. aliis.

*Jus indicendi Jejunia est illius, cui Jus Sacrorum
vindicavimus.*

Non opus est hoc specialiter probare, & viride est ex-
ercitium Principum, dum indicunt die Buß- Bet- und Fast-
Lage, illosque distingvunt in ordinarios & extraordinarios si-
ve repentinios. Gloriosissimi igitur nostri Protestantes Princi-
pes, ceu Patres patriæ, semper hactenus, quoties vel Turca,
vel pestis vel aliud malum imminuit, toties piè adornarunt
ferias pœnitentiales repentinias. Quia igitur plenus venter
non orat libenter vel ardenter, omnino Principes habent
Jus indicandi Jejunia.

Meditatio X.

II. Paralip. XXIV, 2. 16.

Ministrissimos Clericos passim commendat Historia.

Habuimus tempora, quibus nulla aulica expediebantur
negotia, nisi per manus Clericorum, quippe penes quos o-
mnis erat eruditio; Sed tunc non adeò bene cum rebus Prin-
cipum & Laicorum omnium agebatur, propendebant enim
semper consilia Clericorum illius seculi ad absorbendum pe-
nitus

nitus statum politicum: Hæc per Dei gratiam non amplius toleramus, sed cuilibet manet suum justissimum pretium. Nostra meditatio vult indagari observationem de Clericis Ministrissimis, quales in historia passim habemus obvios. Quis enim non novit Richelium atque Mazarinum & alios quos novissimæ allegant Historiæ vid. opus ex Gallico in Latinum versus idioma s. t. illustres Cardinales Richelieu & Mazarinus, sive secretissima instruclio &c. Francof. 1652. Quis non admiratur exemplum Joæ & Jojadæ; Illustria enim sunt, quæ legimus: Joas thät was dem HErrn wohlgefiel, so lange der Priester Joada lebte, & v. 16. sie begruben ihn unter die Könige, darum, daß er wohlgethan in Israel. Rationes indagare pagina non patitur & putamus, illarum potiores de intimiori admissione & alias semetipsas meditanti prodere.

Meditatio XI.

II. Paralip. XXXI, 4.

aureo rubrum
Expedit *salaria Ministrorum Ecclesiæ esse lauta.*

Reservavimus equidem, ut ad Genesim scripsimus, hunc articulum usque ad locum Syracidis, sed valde illustris etiam est hujus capitinis passus; Jubet Rex Hiskias Sacerdotibus & Levitis dari subsidia, auff daß sie könnten desto härter anhalten am Gesetz des HErrn. Noluit igitur hic sapientissimus Rex, ut Clerici essent distracti per alios labores ad habendum alimenta, noluit etiam, ut tenuitate pressi negligentius officia sua praestarent. Quantum interstit Reip. & maxime animarum curæ hilari & exorrecta fronte expediri sacrum ministerium, nemo est, qui non videret, conf. PRÆSIDIS Dissert. de crescente pecunia Cas. 8. Vid. etiam THOMASII Diff. de officio Principis Evangelici circa augenda *salaria Ministrorum Ecclesia.* Hal. 1707. it. BÖHMER Jur. Eccles. Lib. III. Tit. V. §. 151. seqv. Satis parænetice de hoc commate loquitur die Medlenburgische Kirchen-Ordnung Tit. vom Unterhalt und Schutz der Pastoren prælertim p. 274.

Medi-

Meditatio XII.

II. Paralip. XXXIV, 14. seqv.

Pandectæ sacræ amissæ & neglectæ, reperiuntur.

Satis stupendum est, Codicem sacrum adeò fuisse neglectum, etiam sub Regibus sapientissimis, ut demum fortuitò inter recolas sacras sit inventus, sola traditione & consuetudine non scripta interea obtinente, nam quod legum non plane ignari fuerint, probat etiam solum exemplum Nabothi ad illas provocantis. Meditantibus hæc recurrit ex Historia Juris Romani, Pandectas Justinianas etiam fuisse adeò neglectas, ut demum Amalphi sint ex improviso inventæ & primum Pisas, postea Florentiam translatae, ubi adhuc inter pretiosiora Magni Ducis Hetruriæ observantur quoad illud splendidum exemplar, quod Pandectas Florentinas appellare solemus, judicem ut volunt omnium exemplarium inde transsumtorum. Vid. multis scriptores Historiæ Juris, & eleganti compendio Cl. DN. BRUNQVELL. Hist. Jur. Part. II. Cap. VI. DN. STRUV. Reichs-Historie p. 309. Sed hæc quasi in parenthesi.

Meditatio XIII.

Efr. VII. 24.

Ministri Ecclesiæ omnium ordinum sint immunes ab oneribus omnibus & personalibus & realibus.

Ad prudentiam Pharaonis jam supra in Genesi hoc referre debuimus; Hoc autem edictum Athalastæ illustrius adhuc est: Euch sey kund, daß ihr nicht Macht habt, Zins, Zoll und jährliche Rente zu legen auff irgend einen Priester, Leviten, Sänger, Thorhüter, Nethinim, und Diener im Hause dieses Gottes. Et clarè expressa distinctio inter realia & personalia item Ministros Ecclesiæ primarios & secundarios. Nolumus hoc ulteriore vim habere, quam quæ est in exemplo illustri, & speramus omnes Principes aucturos clementer esse salaria Clericorum, damit sie desto härter anhalten am Gesetz des Herrn. Sed vid. Medit. ad II. Paralip. XXXI. 4.

Medi-

Meditatio XIV.

Nehem. XIII, 10.

*Ministris Ecclesiae præstanda etiam via juris possunt
exigi.*

Recurrat B. L. ad superiorem explicationem Regulæ:
Sunt, quæ honeste accipiuntur, quæ tamen in honeste petuntur. Sub
qua non comprehendи volumus quidquam partis salarii præ-
ter nummum confessionalem. Cætera veniunt ex obliga-
tione perfecta, unde etiam habent determinationem legalem,
quam quidem excedere, non vero resicare dantibus licet.
Non obstant leges, quæ temere suos Pastores prætereunti-
bus in confessione certum quid imponunt quotannis præ-
standum, multa enim est ratio, cur talia sint constituta. Sic
scribere jusserunt verba nostri textus: Da schalt ich (Nehes-
mia) die Obersten, und sprach: Warumb verlassen wir das
Haus Gottes.

Meditatio XV.

Esth. I, 12, 13.

*Anceps est controversia de Judice in causis Principum
Protestantium matrimonialibus.*

Patet *Diss. spec. B. LUDOVICI Hal.* 1702. in qua Austre-
gæ, Camera, Judicium aulicum, & in genere quævis judi-
cia recte incompetentia dicuntur, aliaque consilia Docto-
rum examinantur, & denique vera sententia salvis limitatio-
nibus exponitur de impartialibus viris per compromissum se-
ligendis. Nimis ampla est hæc lis; Hinc gratulamur Lecto-
ribus de Dissertatione allegata, id tantum addentes, quod
valde consultum esset, in pactis dotalibus hujus casus dabilis
fieri mentionem, & compromissum in illis in omnem even-
tum jam consummari, ne forte postmodum tergiversatio-
nes causam difficiliorum reddant.

B

Medi-

Meditatio XVI.

Esth. I, 20.

Maritus est uxoris Dominus, etiam ex jure Gentium.

Jus naturale silet, Jus divinum autem in hac causa pronunciavit supra Gen. III. De Jure Gentium difficile est disputare, sunt enim, quatenus de moribus gentium differimus, mores contra mores etiam inter illos, quæ ad non moratas non adeo possunt referri. Verum in hac quæstione salva res est, quamvis enim dentur relationes de gentibus conjugia inversa coalentibus, qualia Amazonica vocare solemus, vid. PLIFEND. de J. N. & G. Lib. II. Cap. I. §. 9. Tamen nullæ inter illas sunt, quas non tuto appellare possimus non moratas. Amazones autem quod attinet, fabulam redoleare illarum historiam nonnulli observarunt vid. DN. STRUV. Begriff einer Universal-Historie p. 46. qui tamen rem in medio relinquit & ingeniose claudit: Indessen scheinet, daß weil sie die besten Schwestern nicht mögen gewesen seyn, daher der Nahme einer Mehe entstanden. Reipublicæ igitur interest maritos esse uxorum dominos, id quod Ahasverus bene agnoscit, hinc lege quadam positiva & edicto jubens, daß in seinem ganzen Reiche alle Weiber ihre Männer in Ehren halten, beyde unter grossen und kleinen. Non putandum autem est, ac si ante hoc edictum inversa fuerit causa, sed quia clam, vi vel precario uxores ad se forte rapuerunt imperium, consultum videbatur, hanc irrationalib[er]e consuetudinem lege publica damnare. Observant nonnulli, irrepsisse in terris Ahasveri, ut uxores aliunde ductæ, peregrino idiomate uterentur in familia, & illo quod marito interdum erat incognitum; Hinc volunt, Ahasverum jussisse, ut mariti linguam loqueretur uxor; Habent illi fundamentum in textu, ut putant, sed nihilominus proverbiale locutionem illam esse, & idem de dominio indigitare, facile admitti posset, ita ut tenor editi fuerit,

fuerit, daß eine jede Frau soll nach ihres Mannes Sprache sich richten, vel ut nos loquimur: Solle des Manns Lied singen, oder nach desselben Pfeiffe tanzen.

Meditatio XVII.

Esth III. coll. Exod. 1. seqq.

Qu. Quomodo ejiciendus sit hospes ingratus?

Respondetur: Non cum furca, sed prudenter. Ahasverus Judæos vero uno i&ctu & tyrannice extinguere volebat, vesperas Siculas quasi adornans atque imperans. Pharao putabat per extinctionem puellorum ut & duros labores Israëlitas posse ad paucos redigi; Sed sine effectu. Julianus Apostata Christianis scholas occludebat, credens, illos sic in ruditatem esse relapsuros. Sed hæc erat causa Dei, conf. illustre judicium Gamalielis Act. V. 34. Nos putamus interdicenda tali casu plane esse matrimonia, nam sic per indirectum sine expulsione & cæde fines obtinentur. Elegans semper fuit consilium quoad secularisata monasteria, daß man die Stiffts-Genossen hat lassen aussterben. Non igitur, si aliquando cum Deo tot monasteria liberanda essent ab inutilibus Monachis, processus esset instituendus illi similis, quem Rex Galliæ Philippus pulcher ex consilio Papæ Equitibus templariis fecit, vid. Dn. STRUV. Reichs-Hist. p. 489. ibique allegati, sed vel ad alia honorifica officia & negotia essent applicandi, vel essent cum die ad paucos redigendi, si nulli amplius reciperentur novi.

Meditatio XVIII.

Esth. VIII. 8.

Pro mandato Princepis est præsumtio, præsertim si sigillo corroboratum.

Rescriptum, ut & quodvis scriptum a Principe emanans non præsumitur sub- & obreptitium, nisi tendat in ter-

B 2

tii

tui præjudicium l. l. C. de pet. bon. subi. & quoties habet subscriptionem Principis vel ejus sigilli appositionem, toties pro avthentico æstimatur, imo quæcunque emittuntur sub formula: Ad mandatum Principis proprium, pari veniunt robores. Conf. Interpretes ad tit. ff. de constit. Princip. Explicanda autem hoc loco erit lex C. alleg. & videbitur illam non esse ad Germanicos Principes applicabilem, inverecundam enim potentium inhiationem & importunitatem & falsa narrata ad rescriptum sine clausula vel concessionem immunitatis illos unquam movere, non potest dici, utut DD. sine omni exceptione hoc asserant vid. Brunn. ad leg. dict. ibique allegatos. Nos putamus in titulis Codicis: *Si contra Jus & de Preceib.* Imp. cum grano salis esse verlandum, ne confundantur Principes Romani cum nostris. Sic etiam vellemus, ne quotidie hoc aliis in materiis fieret, observavimus enim vix attendi a nonnullis, Principem in legibus Romanis significare Imperatorem; Vellemus etiam, ne communem amplius errarent errorem, Imperatores Romanos præsertim primos fuisse adeo truculentos Tyrannos, longe enim aliter circumstantiae sese habent, & in Scriptoribus historiarum affectus erit attendendus. Sane primi illi Imperatores omni nisu captabant benevolentiam populi, id quod testantur orationes Principum, ut dicebantur. Conf. l. 3. ff. de Constit. Princip. Ethinc explicanda sunt verba legis de inverecunda inhiatione. Sed hæc quasi in transitu. Ahasveri mandata non poterant haberri pro subreptitiis, id quod testatur textus allegatus. Et sic judicandum erit de omnibus nostrorum Principum placitis avthenticis. An præterea sigillum publicum semper probet, cum tamen privatum tantum positum nihil efficiat? Controversia est hic proprie non quadrans: Putamus tamen quod non simpliciter probet. vid. STRYK. U. M. tit. de Reb. Cred. §. 35, Sed juvabit curiosum aliquod assertum ex hoc textu elicere; Verba sunt: So schreibt nun wie es euch gefällt = denn die Schrift •• musste niemand wiederrufen; Frequens

quens alias in regula est, ut Principum mandata novis ordinationibus tollantur, cuius rei exemplum præbent aggrationes post publicatam sententiam; Sed inter Persas & Medos conf. Dan. VI. 8. semel scripta non revocabantur, ne auctoritas Regia violaretur. Arduum est exemplum ex Diod. Libr. XIV. petendum, cum enim Darius Charidemum morti adjudicasset, statim paenituit, sed quod regia auctoritate factum fuerat, infectum reddere nefas erat. Quæ qualis! quanta ratio status!

Meditatio XIX.

Esth. IX.

*Festa memorialia & Jubilæa, quotannis, vel post seculorum intervalla redeuntia, nos celebrare,
nemo sobrie taxare poterit.*

Si nostra Festa & Jubilæa ad emungendum homines celebrari essent solita, sane eandem cum aliis notam incurremus; Quo magis alieni autem sumus ab hac intentione, eo illustriores sunt nostri plausus. Non scribimus de Festis anniversariis a primitiva ecclesia jam constitutis, de illis enim res per se clara est, quo jure nitantur, sed de aliis, quos dicimus, Dencl- und Danc- Tage, Jubel- Feste, &c. Sunt illa etiam propter rudiores, ut ipsis renovetur aliquando memoria fatorum & beneficiorum, ut taceamus, Deo gloriosum esse, si uno ore & coadunatis plausibus easdem celebremus. Judicavit Non-Nemo nuper de præparatoriis jubilæis hujus anni: Man hätte ja schon Anno 1717. ein Jubel-Fest gehalten, daher es schiene von neuen nicht eben nothig zu seyn. Sed facile ille se convinci passus est per ea, quæ scripta sunt in Progr. has dissertationes insinuante.

Meditatio XX.

Psalm. XIV. v. 1. coll. LIII. v. 2.

Qu. An dentur Atheti?

Dicit David: Die Ehoren sprechen in ihren Herzen, es ist
B 3 lein

lein Gott, & sunt qui votum hoc stultorum esse, ne Deus daretur, indigitari, docent. Alii aliter se expedient, distinguentes inter stupidos & nasutulos. Sed David tantum iudicat: *Der ist ein Narr, der da saget, es sey kein Gott.* Contradictiorum esse videtur, virum sapientem sibi concipere, qui esset Atheus, siquidem tot evidentia gentilibus ipsis constiterunt testimonia de existentia Dei, unde per solam ruditatem & rusticitatem vel etiam oscitantiam iudicij illam in dubium vocari statuimus, vel prave solentes non adeo ipsam existentiam, quam providentiam Dei calumniari putamus. Distinguere solent communiter inter Atheos theoreticos & practicos, putantes, non equidem illos, hos tamen dari; Sic etiam novimus distingui inter Atheismum simplicem & philosophicum, quod illustrat Davidicum effatum. Provocatur quoad theoreticos & philosophicos ad Historiarum testimonia, qui tamen non omni carent dubio, prouti & graviter errant, qui integras Gentes Atheisticas sibi fingunt. *Conf. J. F. SCHMIDII Diss. inaug. sine Praef. de Crimine Atheismi ejusque pena. civilis. Altd. 1727.* Denique Atheismi varii constituuntur gradus, ita ut illi etiam Atheistæ appellantur, qui in conceptibus de Deo & ejus Attributis non recte sentiunt, *vid. PUFFEND. de O. H. & C. Lib. I. Cap. 4. §. 4. sq.* Nos putamus dari Atheos in omni sensu, utut interne & in conscientia plane convictos unquam existisse dubitemus, unde etiam Atheismum dicere solemus verum crimen, quod suppicio capitatis dignum sit, quia non est vitium intellectus sed voluntatis, id quod de alia quavis hæresi pronunciare nemo poterit. En, quantum hæc meditatio in Jure habeat usum.

Meditatio XXI.

Psalm. XV. v. 5.

Usuras accipere non est peccatum.

Vid. medit. ad Pentateuch. Quia autem in hoc loco multum

tum queritur ponderis, juvabit dictis iterum inhærere, quod scil. David non differat de æterna damnatione, sed de privatione communionis Ecclesiæ Judaicæ in verbis in deiner Hütten: Auf deinem heiligen Berge. Qui vero per illam famosam distinctionem inter usuras modentes & non mordentes adhuc felicius se extricari putant, nos habebunt conniventes.

Meditatio XXII.

Psalm. XXIV. 4.

Jurare non est peccatum.

Potuissimus jam ad Gen. XIV. 22. XXII. 16. Exod. XXII. 11. Num. XIV. 21. Deut. VI. 13. X. 20. & alibi hanc controversiam tangere, sed voluimus tunc eandem manere reservatam ad Novum Testamentum ad Matthæum nempe & Epist. ad Hebr. Ne autem justo diutius detineamus Letorem, in antecessum juvabit scribere, temerarios esse litigatores, qui nostro asserto sunt contrarii, tanta enim sunt argumenta, quæ juramenta admitti volunt, & tam levis armaturæ arma sunt dissidentium, ut etiam tyro illa apprehendere atque hæc reprimere possit. Davidis effatum illustre est, nam perjurium tantum damnat; Ergo manet usus Juramentorum. *Vid. in nuce hæc exhibens Progr. 3Cti Jen. FRIESII de 1703. ostendens jurare non esse peccatum præmissum Disp. inaug. Eckholdi de Christo herede instituto.* Sed infra hæc iterum.

Meditatio XXIII.

Psalm. XXXII. 3.

*Confessio auricularis est de genere Stratagematum
Pontificiorum.*

Videtur iterum hæc Meditatio esse aliena a nostra Cathedra,

thedra, sed non est aliena; Ictorum enim est colligere technas Pontificiorum, quibus usi sunt ad sui conservationem. Et ex earundem serie omnino est confessio auricularis. Quamvis enim sigillum confessionis sancte servare videantur, tamen habent quæ inde colligant, in duplice sensu, quatenus nimirum colligere denotat nummos acquirere & concludere aliquid, etwas woraus nehmen oder folgern. S. Scriptura ipsis & hoc punto ad manus esse debet, sed valde violenter explicata, exemplum est textus noster, qui V. Testamenti est. Deus nullibi jussit peccatorum historicam recensionem, sed ut nos omnium peccatorum maximos esse in genere profiteamur. Sanctum interea manet judicium *Ang. Conf. artic. de Confessione & Apologia ad illum artic.* quod diligentia sit adhibenda, ut colligantur quæ in memoriam redigi possunt. Quamvis igitur prima initia confessionis auricularis fuerint sine ratione status, tamen successive illa utiliter gavisi sunt Papales: Recte judicat *Dn. ECKHARD ad Schilt, Inst. Jur. Can. p. 1778.* Es fliesset die Lehre aus der Hypothesi de satisfactione pro singulis peccatis, aus welcher Lehre man augenscheinlich des Interesse der Röm. Kirchen erkennet, wie denn kein Zweifel, daß die Päpstliche Clerisey sich der Ohren-Bericht zu Nutzung ihrer Geistl. Herrschaft hauptfächlich gebrauche, — Weil auff solche weise die Röm. Clerisey alles erfahren und die einfältigen Leute desto besser unter Ihrer Botmäßigkeit erhalten kan, auch als souveraine Richter selbige mit Geld und andern Straffen zubelegen vermag. Nec multum gloriolæ habebunt quod per hunc confessionem interdum restituatur ablatum; Maneamus in verbis Eckhardi, p. 1792. Bey den Römisch-Catholischen werden öfters die gestohlene Sachen Ihren rechtmäßigen Besitzern durch die Confessionarios, welchen die Confitentes solche heimlich wieder aufzustellen pflegen, restituiret, daher auch die Catholici den usum confessionis singularum peccatorum überaus zu exaggeriren wissen. Sed hæc rara utilitas nos non movebit ad defensionem.

*Vir Prænobilis atque Eruditissime,
Commilito atque Amice humanissime !
Famam extendere factis , Hoc Virtutis opus.*

Virtutis igitur tuæ opus est, quod *Celeberrimo Tuo Nomi-*
ni Carociano, famam hactenus valde multam habenti,
factis tuis florem atque splendorem conciliare, atque sic il-
lam extendere satagis. *Satagi* notanter ego scribo, nam il-
lustris est ejus vocabuli significatio, distinguit enim agentes
a satagentibus. Satagentes autem sunt qui anxii & vehe-
menter solentes atque occupati sunt ad rem suam expedien-
dam. Non enim sufficere putant, ut aliquid agant, sed ut
sat, satis, abunde agant. Graviter igitur peccant, qui levi-
ter tantum in studiis laborant, qui oscitanter agunt, qui le-
ve brachium admovent, in limine subsistunt, dulcedinem lite-
rarum vix gustant, imo ne quidem pitissant. Tu *Humanissime*
Domine Caroc, exemplum præbuisti omnibus, quam sancte
sint colenda studia, asportasti tecum ex illustri Gryphica
thesauros eruditionis felici tuo ingenio concreditos a Viris
famigeratissimis, voluisti, ut illi augerentur inter nostras
Varniacas Musas; Vnxisti igitur cum Voto Doctorum tuorum
sedulitatem, et nemo erit, qui non opinionem multam de tua
liberali et eleganti disserendi ratione concepisset. Testes in-
super virtutis tuæ, omni exceptione majores sunt Nostri *De-*
shardingii, *Pater & Filius*, alter *Hospes*, alter *Præceptor* co-
lendissimus, *Fautores & Amici* mei certissimi. Age igitur,
& responsurus publice illam fragrantem famam feliciter auge.
Vale, & amare perge *Tuum Præsidem*. Dab. d. 4 Maii 1730.

Den Greifswald zeugt/ den auch dasselbe liebet
Und den sein Vaterland gar reichlich aufgesteuert/
Mit einem Schatz/ den uns der Lehrer giebet/
Wen er die Wahrheit uns auffs triftigste betheurt:
Der kommt zu uns/ daß Rostock Ihn verehre/
Und sein geschicktes Thun durch seinen eignen Fleiß/
Und steten Trieb auffs reichlichste vermehre/
Dass er erlangen mag der Ehr enpreiß.

Mein

Mein CAROC! den ich lieb vor hundert andern/
Es war mir sonderlich erfreulich und beliebt/
Dass DU mit mir wolst zur Catheder wandern/
So wie auch heut da Dir es was zu wünschen giebt.

Mit diesen geringen Zeilen wolte seinen
wehrten Freund zur Catheder begleiten
dessen ergebenster

T. E. STEVER, Opponens.

DU bist es/ Wehrter Freund/ den kluger Geist und Gaben/
Vor vielen anderen sehr hoch erhoben haben;
Drum gehstu auch mit Ruhm zu der Catheder hin/
Mit grösserem herab) worvon ich Zeuge bin.

Aus brüderlicher Freundschaft setzte die-
ses in Lyl.

E. B. FRESE, Opponens.

Wein Freund! die Freundschafts-Treuheit dieses über-
senden/
Da DICH der Musen Gott mit Witz und Gaben ziert/
Und sich DEIN hoher Geist will zur Catheder wenden/
Zu zeigen wie DICH nichts denn wahre Weisheit führt.
Gewiss man wird einmahl von unsern CAROC sagen/
Was jetzt mein Wünschen spricht/ so fern von Heucheleyn/
ER kön mit allem Recht/ den Purpur Hute tragen/
Weil Sein Geehrtes Haupt dies alles würdig sey.
Doch halt den ganzen Wunsch fast nicht ein schwaches


Schreiben/


Drum schweiget Reim und Kiel/ ich zieh die Feder ein/
Und bitt DU woltest mir ein treuer Freund verbleiben/
Der ich mit Freuden will heut DEIN Opponens seyn.

Aus völliger Überzeugung und mit treuem
Herzen setzte dieses

C. C. de RETZDORFF. Eques March.
Opponens.







Prænobilis atque Eruditissime,
lito atque Amice humanissime!
extendere factis, Hoc Virtutis opus.
tuæ opus est, quod Celeberrimo Tuo Nomi-
o, famam hactenus valde multam habenti,
atque splendorem conciliare, atque sic il-
tagis. Satagis notanter ego scribo, nam il-
locabuli significatio, distinguit enim agentes
Satagentes autem sunt qui anxi & vehe-
nitque occupati sunt ad rem suam expedien-
t sufficere putant, ut aliquid agant, sed ut
e agant. Graviter igitur peccant, qui levi-
tidiis laborant, qui oscitanter agunt, qui le-
novent, in limine subsistunt, dulcedinem lite-
nt, imo ne quidem pitissant. Tu Humanissime
exemplum præbuisti omnibus, quam sancte
idia, asportasti tecum ex illustri Gryphica
ionis felici tuo ingenio concreditos a Viris
, voluisti, ut illi augerentur inter nostras
s; Vnxisti igitur cum Voto Doctorum tuorum
emo erit, qui non opinionem multam de tua
ti disserendi ratione concepisset. Testes in-
æ, omni exceptione majores sunt Nostri De-
r & Filius, alter Hospes, alter Praeceptor co-
utores & Amici mei certissimi. Age igitur,
ublice illam fragrantem famam feliciter auge.
perge Tuum Praesidem. Dab. d. 4 Maii 1730.

vald zeugt/ den auch dasselbe liebet
sein Vaterland gar reichlich aufgeseuert/
ah/ den uns der Lehrer giebet/
Wahrheit uns auffs trifftigste betheurt:
uns/ daß Rostock Thu verehret/
schicktes Thun durch seinen eignen Fleiß/
b auffs reichlichste vermehre/
langen mag der Tugend Ehr enpreß.

Mein